79

LAELII CA-PILVPI MANTVA-NI CENTO EX VIRGILIO DE VITA MONACHO-RVM ET GAL-LVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Venetijs. M. D XLIII.

LAELII CAPILVPI CENTO EX VIRGILIO

GALLVS.

eg. 8 Incipe Mænalios mecū mea tibia verſus.
eg. 6 Pergite Pierides, Galli dicamus amores eg. 10
ge. 2 O decus o famæ merito pars maxima noſtræ
æn. 10 Te precor Alcide cæptis ingentibus adſis
æn. 9 Dijs genite & geniture deos, aſſueſce vocari ge. 1
æn. 9 Nulla meis ſine te quæretur gloria rebus
ge. 1 Da facilem curſum nihil hic niſi carmina deſunt eg. 8
ge. 3 Rūpe moras, tentanda via eſt qua me quoq; poſſim ge. 3
Tollere humo, ſtimulos ſub pectore vertit Apollo æn. 6
ge. 7 Nymphæ noſter amor præſentia numina fauni ge. 1
æn. 5 Ore fauete omnes, & cingite baccare frontem eg. 7
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro,
ge. 1 Hinc canere incipiam, cum Gallus amore periret eg. 10
eg. 10 Quæ nemora aut qui vos ſaltus habuere puellæ
eg. 10 Pan deus Archadiæ venit quem vidimus ipſi
eg. 10 Venit & Vpilio, tardi venere ſubulci,
æn. 8 Genſq; virum truncis & duro robore nata,
ge. 4 Neſciaq; humanis precibus manſueſcere corda,
eg. 10 Stant & oues circum & crebris mugitibus amnes ge. 3
Arenteſq; ſonant Ripæ, ſub rupe iacentem eg. 10

æn. 6 Heu miſerande puer, cuncti ſe ſcire fatentur, æn. 11
æn. 7 Te liquidi fleuere lacus, ſtrangemq; dedere ge. 3
ge. 4 Flumina correptos vnda torquentia montes
ge. 4 QValis populea mærens philomela ſub vmbra
eg. 5 Atq; deos atq; aſtra vocat crudelia mater
æn. 10 Mantua diues auis pectus percuſſa decorum, æn. 4
æn. 9 Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta
æn 11 Cui pellis latos humeros caput oris hiatus æn. 11
Et male texere lupi cum dentibus albis
æn. 10 Multa mouens animo ſyluas ſaltusq; peragrat, æn. 4
æn. 6 Noctes atq; dies eſt mollis flamma medullas, æn. 4
æn. 8 Forte die tardis ingens vbi flexibus errat ge. 3
Mincius auratus taurino cornua vultu ge. 4
æn. 10 Populeas inter frondes lucosq; ſonantes eg. 10
æn. 10 Dum canit: & meſtum muſa ſolatur amorem
æn. 12 Longe illi media ſe ſe tullit obuia ſylua æn. 1
æn. 6 Cauſa mali tanti pulcherrima Deiopea æn. 1
æn. 4 Cui pharetra ex hũero ſonat arcus et arma Dianę æn. 12
æn. 10 QValis gemma micat, crines nodantur in aurum æn. 4
Aurea purpuream ſubnectis fibula veſtem,
æn. 9 Agnouit iuuenis diuini ſigna decoris æn. 5
æn. 12 Illi membra nouus ſoluit formidine torpor
æn. 1 Obſtupuit primo aſpectu & vox faucibus hæſit, æn. 2
æn. 12 Vt primum fari potuit ſic incipit ore
æn. 1 Suſpirans, imoq; trahens a pectore vocem
eg. 4 Caraleum ſoboles animo gratiſſima noſtro æn. 12
æn. 8 Salue vera Iouis proles mea maxima cura æn. 1
æn. 5 QVam nec longa dies pietas nec mitegat vlla
æn. 4 Sola ne perpetua mærens carpere iuuenta

æn. 7 Iam natura viro? veneris nec præmia noris? æn. 4
eg. 6 Ah, virgo infelix mitte hanc de pectore curam æn. 6
æn. 12 vtere ſorte tua, nimium ne crede colori eg. 2
æn. 9 Omnia fert ætas, fugit irreparabile tempus ge. 3
æn. 6 Alma precor miſerere animi non digna ferentis æn. 2
æn. 1 Ad te confugio & ſupplex tua numina poſco,
æn. 1 Vix ea fatus erat veluti violauerit oſtro æn. 12
Siquis ebur, tales Virgo dabat ore colores æn. 12
æn. 3 Deiecit vultum & demiſſa voce locuta eſt,
æn. 4 Deſine meq; tuis incedere teq; querelis
æn. 12 Quam pro me curam geris hanc precor optime pro me
Deponas, toties iam dedignata maritos æn. 4
æn. 4 Mens immota manet ſola contenta Diana, æn. 11
eg. 1 Nanque fatebor enim, non vite gaudia quæro, æn. 11
eg. 10 Certum eſt in ſyluis inter deſerta ferarum æn. 7
eg. 10 Malle pati, inceptum fruſtra ſubmitte furorem, æn. 12
æn. 12 Diſce puer virtutem ex me & non temnere diuos, æn. 6
æn. 1 Hic pietatis honos, patet atri ianua ditis
æn. 6 Quæſitor mino vitaſq; & crimina diſcit
Caſtigatq; auditq; dolos, te triſte manebit æn. 7
Supplicium, votiſq; deos venerabere ſeris,
æn. 5 Infelix cui te exitio fortuna reſeruat,
æn. 4 Sic ait & dictis diuinum aſpirat amorem æn. 8
æn. 10 Edocet humanis quæ ſit fiducia rebus,
æn. 12 Illum turbat amor magis ægreſcitq; medendo æn. 12
æn. 7 Tum quaſſan caput hæc effudit pectore dicta,
æn. 6 Omnia percepi atq; animo mecum ante peregi
æn. 7 Nec tantos mihi finge metus, non talia curat eg. 10
eg. 10 Omnia vincit Amor ſtrepitumq; Acherontis auari ge. 3

Subiecit pedibus,quis enim modus adſit Amori? eg. 2
æn. 6 *Inde hominum pecudumq́; genus pictæq́; volucres* ge. 3
ge. 3 *Et genus æquoreum genitalia ſemina poſcunt* ge. 2
ge. 3 *In furias ignemq́; ruunt,Regina ſacerdos* æn. 1
Marte grauis partu ſub luminis edidit horas æn. 7
æn. 1 *Romanos rerum dominos gentemq́; togatam,*
ge. 2 *Quid maiora ſequar? pueri innuptæq́; puellæ* æn. 6
æn. 12 *Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile,*
ge. 2 *Et dubitant homines naturæ accedere parteis?*
æn. 7 *Nymphæ laurentes preſtanti corpore nymphæ* æn. 1
æn. 4 *Degere more feræ que vos dementia adegit?* æn. 9
æn. 8 *Vano ſuperſtitio in dumis coluiſſe dianam* æn. 11
æn. 11 *Aeternum telorum & virginitatis amorem*
æn. 4 *Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis*
æn. 11 *Tantorum impenſis operum nihil omnibus actum,*
æn. 7 *Tu ne tot incaſſum fuſos patiere labores?*
æn. 4 *Quin potius miſerere mori me deniq́; coge* eg. 2
æn. 8 *Accipe daq́; fidem,quoniam conuenimus ambo* eg. 5
eg. 3 *Vis ergo inter nos quid poſſit vterque viciſſim*
Experiamur?
eg. 2 *Hec ſum adeo informis ſolum te virgine dignum* æn. 7
eg. 3 *Et me Phebus amat,nouit namq́; omnia Vates* ge. 4
eg. 6 *Te nemus omne canet,ſi quid mea carmina poſſunt* æn. 9
æn. 1 *Semper honos nomenq́; tuum laudesq́; manebunt,*
æn. 4 *Si te nulla mouet tantarum gloria rerum*
æn. 6 *Huc geminas nunc flecte acies,res aſpice noſtras,* æn. 1
æn. 7 *Pandite nunc helicona deæ cantusq́ mouete*
æn. 11 *Telum immane manu valida quod forte gerebat*
æn. 5 *Eripuit mulcens,quo non præſtantius vllum* æn. 1

æn. 1 Europa atq; Aſia, viſu mirabile monſtrum æn. 10
æn. 3 Horrendum, & cui turpe caput cui plurima ceruix ge. 3
æn. 3 Conſertum tegmen ſpinis, prolixaq; barba eg. 8
ge. 3 Et crurum tenus a mento palearia pendent,
æn. 1 Tante mollis era, me ne huic confidere monſtro? æn. 5
æn. 4 Hæc effata, ſilet, Lacrymaſq; effudit & omnem æn. 3
Impleuit clamore locum, & tremefacta refugit, æn. 12
æn. 2 Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
Preſſit humi, retroq; pedem cum voce repreſſit, æn. 2
æn. 6 Ille autem pariter curſu teloq; ſecutus æn. 9
æn. 6 Siſte gradum quo deinde ruis quo proripis inquit æn. 5
eg. 3 Numq; hodie effugies veniam per tela per ignes, æn. 2
æn. 6 Nullæ hic inſidiæ terram mare syndera iuro æn. 12
æn. 6 Nec vim telo ferunt, tereti ceruice reflexam æn. 8
æn. 2 Inſequitur, iam iamq; manu tenet & premit haſta
æn. 9 Euolat infelix & femineo vlulatu
Sciſſa comam meſtis late loca queſtibus implet, ge. 4
æn. 8 Fortuna omnipotens quid non speremus amantes? eg. 8
æn. 5 Hic iuuenis iam victor ouans veſtigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo reuolutus arena æn. 5
ge. 3 Labitur infelix, non ille oblitus amorum æn. 5
æn. 11 Ingemuitq; deditq; has imo pectore voces,
æn. 8 Adſis, o tantum, qui tela tiphoea temnis æn. 1
eg. 5 Sis bonus o felixq; audacibus annue cæptis, æn. 9
æn. 4 Nate dea ſi quid pietas antiqua labores æn. 5
Reſpicit humanos, dubijs ne defice rebus, æn. 6
æn. 12 Ventum ad ſupremum eſt, precibus ſi flecteris vllis æn. 2
æn. 11 Verum age & vltricem pharetra deprome ſagittam
æn. 5 Vix hæc ediderat, ruere omnia viſa repente æn. 8

æn. 1 Paret Amor dictis, celi in regione ſerena æn. 8
æn. 9 Intonui leuum ſonat vna lætifer arcus
æn. 1 Conſtitit hic curuo direxit ſpicula cornu, æn. 7
æn. 5 Nulli viſa cito perq; ilia venit arundo æn. 7
æn. 9 Et leuo infixa eſt lateri, mirabile dictu gn. 4
æn. 7 Pertentat ſenſus atq; oſſibus implicat ignem,
æn. 4 Improbe Amor cui tanta deo permiſſa poteſtas? æn. 9
eg. 1 Non equidem inuideo miror magis, aſpera virgo æn. 11
æn. 3 Continuitq; gradum ſubitoq; accenſa furore æn. 4
æn. 4 Incipit effari ſequimur te ſancte deorum æn. 4
Quiſquis es, en ſupplex venio miſerere tuorum, æn. 11
æn. 7 Clamat io decus & nemorum latonia cuſtos gn. 9
ge. 1 Dijq; deeq; omnes ſtudium quibus arua tueri
æn. 5 Hic domus eſt inquit vobis, iam viuite ſyluæ eg. 7
æn. 12 Maior agit deus atq; atq; opera ad maiora remittit
æn. 11 Venit Amor ſubitaq; animum dulcedine mouit
æn. 9 Te vero venerande puer iam pectore toto
æn. 8 Accipio agnoſco, quando hæc te cura remordet æn. 1
eg. 2 Huc ades, ò formoſe puer iam tempus agi res æn. 5
æn. 12 Do quod vis, ſed res animos incognita turbat æn. 1
æn. 2 Quicquid id eſt timeo, hunc oro defende furorem æn. 10
æn. 11 Auditis ille hæc placido ſic reddidit ore
æn. 4 Teſtor cara deos, nihil illo triſte recepto æn. 9
æn 6 Carpe manu nanq; ipſe volens facilis q; ſequetur
æn. 10 Audentes fortuna Iuuat, quis talia demens æn. 4
Abnuat? atq; animum preſenti pignore firmat, æn 3
æn. 6 His dictis curæ emotæ, venerabile donum
Fatalis virgæ monimentum & pignus amoris æn. 5
ge. 3 Dulcibus illa quidem illecebris laſciua puella eg. 3

æn. 8 Miraturq́; interq́; manus & brachia verſat
æn. 1 Expleri mentem nequit ardeſcitq́; tuendo
æn. 5 Tum vero exarſit iuueniq́; arrecta cupido æn. 5
ge. 3 Pellis & ad tactum tractanti dura reſiſtit,
ge. 1 Incipiunt agitata tumeſcere, turpia membra æn. 5
æn. 6 Spiritus intus alit, totamq́; infuſa per artus
Mens agitat molem, ſurgens caput altius affert ge. 3
æn. 7 Ille manum patiens, & tanto lætus honore æn. 8
ge. 3 Stare loco neſcit, ſubita ſpe feruidus ardet æn. 12
æn. 12 Lætitia exultans & verberat ictibus auras æn. 5
ge. 4 Illa quidem iam dudum arcu contenta parató æn. 5
Tela tenens, altam lunam ſic voce precatur æn. 9
ge. 3 Pan deus Archadie ſi rite audita recordor
ge. 3 In nemora alta vocans captam te luna fefellit
æn. 1 Non ignara mali noſtro ſuccurre labori æn. 9
æn. 5 Hæc vbi dicta dedit, dy noſtra incepta ſecundent æn. 7
Tandem lætus ait, grates perſoluere dignas æn. 1
æn. 11 quas potero; meriti tanti non immemor vnquam æn. 9
æn. 11 O decus Italiæ dum ſpiritus hos reget artus æn. 4
æn. 8 Semper honore meo ſemper celebrabere donis,
æn. 2 Illa ſubit lachrimis oculos ſuffuſa nitenteis æn. 1
eg. 9 Deſine plura puer & quod nunc inſtat agamus,
æn. 9 Rumpe mora omneis, varium & mutabile ſemper æn. 4
Fœmina, quo cœlum tempeſtateſq́; ſerenat æn. 1
æn. 8 Cunctantem amplexu molli fouet, ille repente
æn. 12 Hoc erat hoc inquit votis quod ſæpe petiui
æn. 5 Hæc fatus duplicem ex humeris reiecit amictum
æn. 12 Ille auidus nodos & vincula linea rupit, æn. 5
ge. 8 Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua

æn. 8	Pandentemq; ſinus & tota veſte vocantem	
æn. 8	Corripit in nodum complexus & angit inhærens	
æn.12	Telum immane manu quatiens, opera omnia rumpit,	
æn. 8	Aomponens manibusq; manus atq; oribus ora	
æn.11	Pectora pectoribus, pueri innupteq; puelle	ge.4
æn. 2	Vos agitate fugam, procul, o procul eſte profani	æn.6
æn. 7	Maius opus moueo, direptis crura cothurnis	ge.2
æn. 3	Diſſiluiſſe ferunt, foribus domus atra reuulſis	æn.8
	Panditur, & caci detecta apparuit ingens	æn.8
	Regia, & ingentem lato dedit ore feneſtram	æn.2
æn. 6	Sponte ſua, vmbroſæ penitus patuere cauernæ,	æn.8
æn. 6	Hic labor ille domus & inextricabilis error	
æn. 8	Hic ſpelunca fuit, vaſtoq; immanis hiatu	æn.6
æn. 9	Horrida, quam denſi complerant vndiq; ſentes,	
æn. 1	Intus aquæ dulces mellis cæleſtia dona	ge.4
æn. 6	Veſtibulum ante ipſum primisq; in faucibus orci	
æn. 5	Circus erat, fama multis memoratus in oris	æn.7
æn. 8	Relligione patrum Late ſacer, vndiq; colles	
	Incluſere caui, veneris monimenta nefandæ	æn.6
æn. 8	Ecce ferens animis, neruoq; obuerſus equino	æn.9
eg. 8	Improbus ille puer tenuis quo ſemita ducit	æn.11
	Anguſtæq; ferunt fauces, aditusq; maligni	
æn. 5	Radit iter, ramumq; aduerſo in limine figit,	æn.6
ge. 3	(Dij meliora pijs erroremq; hoſtibus illum).	
æn. 6	Triſte miniſterium ſtetit acri fixa dolore	æn.7
æn. 4	Hic illuc voluens oculos, alternaq; iactat	æn.5
æn.11	Vlneris impatiens arrecto pectore crura	
æn.10	Acta furore graui quid me? quæ cauſa ſubegit,	æn.8
æn. 6	Inſuetum per iter? lato te limite ducum	æn.9

æn. 9	Hac iter eſt equidem de te nil tale verebar,	æn. 9
æn. 10	Galle quid inſanis? ſequitur de vulnere ſanguis	æn. 12
æn 11	Cur inquit diuerſus abis? via fallit euntes	æn. 9
æn. 5	Ille ſub hæc, doceas iter & ſacra hoſtia pandas,	æn. 6
æn. 5	At non tardatus caſu neq; territus hæros	
æn. 9	Fallacis ſyluæ perplexum iter omne reuoluens	æn. 9
æn. 9	Per medium ſtridens tranſit femur atq; ita fatur,	æn. 12
æn. 4	Inueni germana viam, timor omnis abeſto	æn. 11
ge. 2	Ingredior ſanctos auſus recludere fonteis	
æn. 6	Acceleremus ait, quæ rite incœpta paraui	æn. 4
	Perficere eſt animus, finemq; imponere curis	
æn. 6	Ergo iter inceptum peragunt atq; oſcula figunt	æn. 2
ge. 1	Neſcio quæ preter ſolitum dulcedine læti	
æn. 2	Sibila lambembant linguis vibrantibus ora,	
ge. 3	Continuoq; auidis vbi ſubdita flāmma medullis	
æn. 7	Idem omneis ſimul ardor agit pariterq; laborem	æn. 8
	Sortiti, teneris tepefactus in oſſibus humor	ge. 4
	Aeſtuat, & liquido diſtendunt nectare cœllas,	ge. 4
ge. 3	Dum vero ardentes oculi atq; attractus ab alto	
	Spiritus auditur grauior, tractimq; ſuſurrant:	ge. 4
æn. 3	Cum gemitu, ſubito non vultus non color vnus,	æn. 6
	Non comptæ manſure comæ, moritura puella	ge. 4
æn. 7	Sanguineam torquens aciem maculiſq; trementeis	æn. 4
	Interfuſa genas, delibans oſcula fatur,	æn. 12
æn. 8	O, mihi preteritos referat ſi Iuppiter annos	
æn. 8	Dum te care puer mea ſola & ſera voluptas	
æn. 8	Complexu teneo, tecum conſumerer æuo	eg. 10
eg. 8	Nunc ſcio quid ſit Amor ſanguis meus,	æn. 6
æn. 1	Hæc ait, & liquidum, ambroſiæ diffudit odorem,	ge. 4

æn. 6 Atq̃; huic reſponſum paucis ita reddidit hæros
æn. 4 Extrinxti te meq̃; ſoror, nec plura locutus æn. 7
æn. 8 Dentibus infrendens, flammantia lumina torquens ge. 3
ge. 3 Atq̃; hinc atq̃; illinc immania terga reſoluit, æn. 6
ge. 3 Extremosq̃; ciet, tum gemitus lucidus anguis ge. 2
ge. 3 Concidit & miſtum ſpumis vomit ore cruorem
æn. 2 Hei mihi qualis erat quantum mutatus ab illo,
æn. 3 Ceruicem inflexam poſuit: iacuitq̃; per antrum
æn. 7 Et frontem obſcænam rugis arat, omnis & vna æn. 4
Dilapſus calor atq̃; immundus olenti ſudor ge. 3
Membra ſequebatur, factoq̃; hic fine quieuit, æn. 3
eg. 8 Deſine Mænalios iam deſine tibia verſus
eg. 10 Hæc ſat erit diuæ veſtrum ceciniſſe poetam
Dum ſedet & paſcuntur ooes, auidæq̃; iuuencæ
eg. 10 Pierides vos hæc facietis maxima Gallo.

FINIS.

MAGNIFICO AC GE-NEROSO IOANNI MICHAELIO.

Patritio Veneto. Paulus Cerardus. S. P. D.

QVæ tibi cum Lælio illo Capilupo, homine quidem doctiſſimo, ſumma familiaritatis atque amicitię neceſſitudo intercedit, quæq; mea ſingularis in te obſeruãtia ſemper fuit, hanc mihi licentiam conceſſiſſe viſa eſt, vt illius viri de vita monachorum ex Vergilio centonẽ, eo ignaro, et fortaſſe ẽt inuito, in publicum proferre, tibiq; eius amiciſſimo dicare nequaquã veritus fuerĩ. Hoc enim modo facile fieri poſſe exiſtimo, vt, ſi ille, veluti de ſe ipſo modeſte ſentiens, meum hoc factum animo haud æquo patiatur, & nonnihil mihi ſuccenſeat, cũ primum tibi opus dicatum eſſe intelliget, pro ea quæ eſt inter vos ſtudiorum, & voluntatum ſumma cõſenſio ſub tuo auſpicio in lucem prodiiſſe, non ſolum non moleſte ferat, verum etiam maximopere lætetur. Si quis vero fortaſſis (vt eſt multorum ingenium) me temeritatis accuſare audeat, tua, ſpero, & prudentia & authoritate coërcebitur: et ſi neminem id improbaturum cenſeo, niſi is fuerit maxime temerarius. Nam quid eſt quod aliquis hoc à me temere factum ſuſpicari poſſit? In temeritate profecto nullum eſt conſilium, nulla ratio; verum in hiſce publicandis carminibus mea ratio, meumq; conſilium fuit, vt hoc argumento iuuentur, atque etiam oblectentur ſtudioſi. quod ſi ita eſt, nullus, equidem arbitror, niſi improbus improbabit.

Quid eſt autem quod & Capilupus debeat ægre ferre? cum non ſolum nullum hac in re incommodum ſit accepturus, ſed auctam nonnihil atq; illuſtratam ſui nominis dignitatem ſit intellecturus, vt qui apud nos aliis pleriſq; nominibus ſit celeberrimus, apud cæteras gentes hoc etiam nomine eius fama iure celebretur. Neque hoc ſcribendi genus in poſtremo laudis gradu locatum eſſe quiſpiam exiſtimabit. cum in minimis pleriſq; rebus ſi quis cum dignitate verſetur, non minima ſæpe laus quæſita ſit ac parta. etenim quis illum non laudet artificem, qui è multiplicibus minutiſq; fragmentis vndiq; collectis, & ex arte diſpoſitis varium & illuſtre opus efficiat? Reliquum eſt vt opuſculum hominis tibi tam amici & tam familiaris æque ac tuum ſuſcipias, ea tamen conditione, vt animi erga te mei inſigne ac perpetuum monimentum exiſtat. Vale.

LAELII CAPILVPI CENTO EX Virgilio de vita Monachorum, quos vulgo fratres appellant.

en. 1 ILle ego q̃ quõdã, cũ Gallus amore periret, eg. 10
en. 6 Noctes atq; dies cecini ſub tegmine fagi ge. 4
ge. 2 Carminibus patriis, leuium ſpectacula rerum. ge. 4
en. 7 Maius opus moueo, non hic te carmine ficto ge. 2
en. 5 Magnanime Aenea, nec te rationis egentem en. 8
en. 4 Infelix Dido miſeri poſt fata Sichei: en. 4

æn. 12 At fratres rerum dominos gentemq́; togatam, æn.
æn. 6 Illuſtres animas, & corda oblita laborum æn 4
æn. 11 Dicam equidem fretus ci hara, fidibusq́; canoris æn. 6
æn. 10 Fatidicę Mantus, non omnia poſſumus omnes. eg. 8
æn. 11 O decus Italię, magnæ ſpes altera Romæ, æn. 12
æn. 3 Cura Deum Hippolyte, proles pulcherima bello æn. 7
æn. 1 Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis:
æn. 8 Tu mihi, ſeu magni ſuperas iam frigora Rheni eg. 10
æn. 5 Horridus in iaculis & pelle libyſtidis vrſæ
æn. 7 Arma inter regum, clypeoq́; inſigne paternum æn. 7
Centum angues, cinctamq́; geris ſerpentibus hydram,
æn. 12 Arduus inſurgens, & grandia lilia quaſſans, eg. 10
æn. 9 Siue Padi ripis, auguſta ad mœnia Regis, æn. 7
æn. 5 Vnde genus ducis Tyrio conſpectus in oſtro ge. 3
ge. 4 Inter ſacra deum, patribus das iura vocatis: æn. 5
ge. 1 Da facilem curſum atq; audacibus annue cœptis.
æn. 7 Ab Ioue principium generis, ſi credere dignum eſt, ęn. 6
æn. 6 Diis quanquam geniti, tot iam labentibus annis æn. 2
æn. 1 Errabant acti fatis maria omnia circum.
æn. 6 Nulli certa domus, habitabant vallibus imis æn. 3
æn. 6 Secluſum nemus, & ſcopulis pendentibus antrum, æn. 1
æn. 6 Riparumq́; toros, inter deſerta ferarum æn. 3
eg. 2 Sole ſub ardenti gelidiq́; ſub ætheris axe. æn. 8
æn. 8 Iam tum relligio pauidos terrebat agreſtes,
æn. 3 Victum infelicem baccas lapidoſaq; corna
Dant rami, & vulſis paſcunt radicibus herbæ
ge. 3 Pocula ſunt fontes liquidi, non Maſſica Bacchi ge. 3
Munera, non illis epulæ nocuere repoſtæ,
ge. 4 Nulla venus nulliq́; animum flexere hymenęi.
æn. 6 Heu pietas, heu priſca fides, Quis talia fando æn.

Temperet à lachrymis? longo poſt tempore venit eg. 1
æn. 6 Vnus qui nobis deus æthere miſſus ab alto. æn. 4
æn. 8 Is genus indocile & diſperſum montibus altis
Compoſuit, legesq́; dedit, noua quærere tecta. æn. 7
æn. 7 Idem omneis ſimul ardor agit, labor omnia vincit ge. 1
Improbus, & rerum fato prudentia maior. ge. 1
æn. 6 Magnanimi heroes nati melioribus annis
æn. 1 Europa atq; Aſia ſuper & Garamantas & Indos æn. 6
æn. 3 Centum vrbeis habitant magnas, atq; aurea tecta, æn. 6
æn. 8 Aurea nunc, olim ſilueſtribus horrida dumis.
æn. 3 Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas.
æn. 6 Nunc & pauperiem & duros perferre labores
ge. 3 Saxa per & ſcopulos, & virginitatis amorem æn. 11
ge. 1 Relligio vetuit monitu imperioq́; deorum, æn. 4
æn. 4 Quid loquor? an ſua cuiq; Deus fit dira cupido? æn. 9
ge. 3 Ergo omni ſtudio læti conuiuia curant, ge. 1
ge. 5 Ante focum ſi frigus erit, ſi meſſis in vmbra.
æn. 10 Hoc virtutis opus, glacies ne frigida lędat ge. 2
Molle pecus, ſcabiemq́;, ferat turpeisq́; podagras
æn. 9 Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ,
ge. 4 At genus immortale Deum præcepta ſecuti ge. 4
ge. 4 Incumbunt generis lapſi ſarcire ruinas.
ge. 4 Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum,
ge. 4 Iura magiſtratusq́; legunt ſanctumq́; ſenatum,
æn. 9 Rectores iuuenum & rerum, Regemq́; tremendum, ge. 4
ge. 3 Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo,
ge. 3 Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas,
ge. 3 Aut aris ſeruare ſacris, aut ſcindere terram.
ge. 2 Condit opes alius, grandæuis oppida curæ. ge. 4
ge. 4 Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti.

æn. 5 Omnibus in morem tonſa eſt coma, obeſaq́; terga, ge. 3
ge. 3 Et crurum tenus à mento palearia pendent,
æn. 3 Omnibus idem animus denſo diſtendere pingui ge. 3
Quem legere ducem ſed non genus omnibus vnum, æn. 10
ge. 2 Sed neq; quã multæ ſpecies, nec nomina quæ ſint,
Eſt numerus, neq; enim percurrere nomina poſſem æn. 6
æn. 6 Non mihi ſi linguæ centum ſint oraq́; centum,
æn. 10 Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus eſt, veniet luſtris labentibus ætas, æn. 1
Cum domus & proles ſubito defecerit omnis. ge. 4
æn. 2 Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.
ge. 3 Quid labor aut bene facta iuuant, ſic omnia fatis ge. 1
In peius ruere, ac retro ſublapſa referri,
ge. 3 Tum ſciat aërias Alpes & Norica ſi quis
Caſtella in tumulis videat deſertaq́; regna. ge. 3
ge. 3 Hic quondam morbo cœli, miſeranda coborta eſt
æn. 8 Vana ſuperſtitio veterum ve ignara deorum,
æn. 7 Quam neq; fas igni cuiq́ nec ſternere ferro.
ge. 4 Mores, & ſtudia, & populos conſortia tecta ge. 4
æn. 10 Suſtulit iſta prior, ſtygiis emiſſa tenebris, ge. 3
æn. 3 Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumẽ adẽptũ.
æn. 7 Odit & ipſe pater Pluton, odere ſorores.
æn. 4 Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
æn. 4 Tam ficti prauiq́; tenax quàm nuntia veri,
ge. 3 Inq́; dies auidum ſurgens caput altius effert.
æn. 1 Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?
ge. 2 Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem,
eg. 1 Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.
æn. 8 Quid memorem infandas cædes vetitoſq́; hymenæos? æn. 6
æn. 6 Auſi omnes immane nefas, auſoq́; potiti.

æn. 2	Corripuere ſacram effigiem manibusq; cruentis	
æn. 12	Diripuere aras,& relligioſa deorum	æn. 2
	Limina,vbiq; pauor, & plurima mortis imago.	æn. 2
æn. 7	Quin etiam medias Italum bacchata per vrbes	
æn. 3	Peſtis & ira Deum, maioremq; orſa furorem.	æn. 7
æn. 2	Haud ignota loquor,cuncti ſe ſcire fatentur.	æn. 11
æn. 10	Tertius ille hominum diuumq; interpres Aſylas	
æn. 1	Os humerosq; Deo ſimilis,cui plurima mento	æn. 6
	Canicies inculta iacet,dependet amictus	
	Sordidus ex humeris,omnis quem credidit ætas	æn. 7
æn. 7	Semine ab ęthereo,& genus alto à ſanguine diuum,	æn. 5
æn. 3	Fas omne abrumpit,trepidusq; repente refugit	æn. 2
æn. 11	Pictus acu tunicas,tot ſe ſe vertit in ora.	æn. 7
æn. 2	Hei mihi qualis erat,quantum mutatus ab illo,	
æn. 11	Seditione potens,inſtructus & arte pelasga	æn. 2
æn. 9	Ibat,& ingenti ſeſe clamore ferebat,	
æn. 11	Conſilio verſare dolos ingreſſus & aſtu	
æn. 9	Fertilis Auſonię populos ſermone replebat,	
æn. 5	Oblitus decorisq; ſui ſociumq; ſalutis,	
æn. 2	Auſus quin etiam ſacrata auellere templo	æn. 2
æn. 2	Numina magna Deum.	
æn. 8	Ergo omnis furijs ſurrexit Hetruria iuſtis	
æn. 1	Tum celerare fugam,veteres tellure recludit	æn. 1
	Theſauros ignotum argenti pondus & auri,	
æn. 11	Conſcius audacis facti penetrauit ad vrbeis,	æn. 9
æn. 1	Et genus inuiſum & diri ſacraria Ditis,	æn. 12
æn. 8	Arma Iouis fugiens,atq; altæ mœnia Romæ,	æn. 1
æn. 4	Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu	
ge. 2	Ignis vbi in medio & ſocij cratera coronant,	
ge. 2	Te libans Lenæe vocat reſupinus in antro,	æn. 3

n. 6	Cauſa mali tanti, fulgenti murice veſtis.	æn. 9
ge. 3	Inuidia infelix laudumq́; immenſa cupido,	æn. 8
æn. 4	Nuſq̃ tuta fides, coluber mala gramina paſtus	æn. 2
æn. 2	Hortator ſcelerum ſtimulis agitabat amaris.	æn. 11
æn. 2	Nec requieuit enim donec de culmine ſummo	æn. 7
æn. 9	Inter ſaxa virum ſtygias detruſit ad vndas,	æn. 7
æn. 10	Impaſtus ſtabula alta Leo ceu ſæpe peragrans,	
æn. 5	Nunc hos nunc illos aditus, omnemq́; pererrat	
æn 3	Italiam Italiam, ſinuoſa volumina verſat,	æn. 11
	Arrectisq́; horret ſquammis, & ſibilat ore.	
æn. 2	Horreſco referens, Dij talem auertite caſum,	æn. 3
æn. 2	Dij prohibete minas, ſuperet modo Mantua nobis,	eg. 9
æn. 10	Mantua diues auis, qualis Berecynthia mater	æn. 6
	Læta Deum partu, procul, o, procul eſſe profani,	æn. 6
æn. 2	Dij patrij ſeruate domum, paruosq́; nepotes,	ge. 2
æn. 3	Et placidi ſeruate pios, dominamq́; potentem,	æn. 3
æn. 10	Te precor Alcide magnum & memorabile numen,	æn. 4
æn. 12	Quem primi colimus miſerantem incommoda noſtra,	æn. 8
æn. 2	Hanc primum tutare domum, genus acre luporum,	ge. 3
æn. 3	Hac caſti maneant in relligione nepotes,	
æn. 3	Et nati natorum & qui naſcentur ab illis,	
æn. 10	Quò feror? vnde abij? fugit irreparabile tempus,	ge. 3
	Singula dum capti circumuectamur amore,	ge. 4
æn. 11	Multaq́; præterea poſt me memoranda relinquo.	ge. 4
æn. 9	Vos, o Calliope precor aſpirate canenti.	
æn. 12	Sacra Deosq́;, dapes, & plenæ pocula menſæ,	æn. 11
æn. 1	Fortia facta patrum magno nunc ore ſonandum.	ge. 3
ge. 3	Omne adeo genus in terris populumq́; patresq́;	æn. 4
æn. 8	Mollibus è ſtratis opera ad lux ſuſcitat alma	æn. 8
	Et matutini volucrum ſub culmine cantus.	

æn. 4 Principio delubra adeunt, atq; ære ſonoro — gn. 12
æn. 4 Turribus aut altis, aut ſummi culmine tecti — æn. 4
æn. 4 Dant ſignum, fulſere ignes altaria circum. — æn. 4
æn. 8 Iamq; ſacerdotes ſoli cantare periti, — eg 10
gn. 12 Velati lino volitant oſtroq; decori, — gn. 12
eg. 7 Et cantare pares, & reſpondere parati,
æn 5 Agmine partito fulgent, luſtrantq; choreis — gn. 10
æn. 1 Atria, dependent lychni laquearibus aureis,
æn. 4 Stant arę circum, puraq; in veſte ſacerdos — gn. 12
æn. 4 Tercentum tonat ore Deos, ter gutture voces — ge. 1
Aut quater ingeminat ſequitur tum cætera pubes — æn. 7
æn. 4 Et noſtras audite preces, templiq; ſacerdos — æn. 7
æn. 8 Ante aras plena ſupplex veneratur acerra, — æn. 5
æn. 2 Affaturq; Deos, tendens ad ſydera palmas. — æn. 7
gn. 12 Se cauſam clamat crimenq; caputq; malorum,
gn. 12 Multaq; ſe incuſat, rapidoq; hęc addidit ore, — æn. 7
æn. 5 Salue ſancte parens ſuperi regnator olympi, — æn. 2
æn. 1 Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt,
æn. 8 Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.
æn. 1 Nos tua progenies cœli quibus annuis arcem,
æn. 8 Has ex more dapes, ille hęc monimenta reliquit — æn. 6
æn. 2 Extrema iam in morte, hanc tanti numinis aram — æn. 8
æn. 8 Seruati facimus, meritosq; nouamus honores.
æn. 1 Nate patris ſummi tua ne hęc per vulnera ſeruor — gn. 10
Morte tua viuens? quę cauſa indigna ſerenos — æn. 2
Fœdauit vultus? aut cur hęc vulnera cerno?
æn. 6 Vicit iter durum pietas, te ianitor orci — æn. 8
æn. 8 Te ſtygij tremuere lacus, tu ſceptra Iouemq; — æn. 1
Concilias, tu das epulis accumbere diuum,
æn. 1 Parce pio generi, & propius res aſpice noſtras,

ge. 1 Dijq́; deęq́; omnes,tuq́; o ſanctiſſima vates æn. 6
æn. 2 Alma parens,præſens noſtro ſuccurre labori æn. 9
æn. 2 Hæc vbi dicta dedit diuino ex ore ſacerdos æn. 3
æn. 8 Dona laboratæ Cereris cœleſtia dona ge. 4
æn. 8 Miraturq́; interq́; manus & brachia verſat.
æn. 4 Heu quid agat? varia confuſus imagine rerum. ęn. 12
æn. 4 Atq; animum nunc huc celerem,nunc diuidit illuc,
In parteisq́; rapit varias,vt vertere morſus æn: 7
Exiguam in cererem ſuaſerunt numine Diui æn. 3
æn. 7 Et violare manu maliſq́; audacibus orbem
Fatalis cruſti,pectus percuſſit honeſtum ęn. 12
ęn. 12 Terq́; quaterq́; manu,gemitum dat pectore ab imo, æn. 1
æn. 4 Sic ait,haud equidem tali me dignor honore. æn. 1
æn. 8 Et ſacer impleuit dextram ſcyphus,ocyus omnes æn. 5
æn. 9 Demiſere caput percuſſæ pectora matres. ęn. 11
Agnouere Deum proceres,ille impiger hauſit æn. 1
Spumantem pateram,& pleno ſe proluit auro.
ęn. 11 Ite ait & ſocios pura circuntulit vnda æn. 6
Spargens rore leui,& depaſta altaria liquit. æn. 5
æn. 3 Haud mora continuo perfectis ordine votis
æn. 8 Conſurgit ſenior,diuoſq́; in vota vocauit æn. 7
ęn. 12 Nudato capite,& medius ſtans aggere fatur ęn. 12
ge. 3 Aſper acerba ſonans,intentis omnibus vnus æn. 3
æn. 3 Fata canit fuſus propexam in pectore barbam, ęn. 10
ęn. 10 E docet humanis quæ ſit fiducia rebus,

Brachia protendens, flammantia lumina torquens ge. 3
æn. 7 Obtutu tenet ora, ſoloq́; immobilis hæret,
æn. 4 Incipit effari mediaq́; in voce reſiſtit.
ge. 4 Omnia transformat ſe ſe in miracula rerum,
ęn. 10 Ille ſitim morboſq́; ferens mortalibus ægris,
æn. 6 Horrendas canit ambages, preſenſq́; minatur ęn. 12
Exitiũ, veterum voluens monimenta virorum, æn. 3
ge. 1 Aeſtuſq́; & pluuias & agentes frigora ventos,
æn. 3 Obſcenamq́; famem, & triſtes denuntiat iras, æn. 1
ęn. 12 Horreſcunt corda agricolis, ſtupet inſcia turba. æn. 7
æn. 8 Vota metu duplicant matres, actæq́; furore ęn. 5
Conclamant, reſonant late plangoribus ædes æo. 2
æn. 4 Lamentis gemituq́;, & fœmineo vlulatu.
ęn. 10 Talia vociferans ſolio ſe tollit ab alto æn. 8
ęn. 11 Tempora nudus adhuc, tunicaq́; inducitur artus, æn. 8
æn. 4 Tum virgam capit, hac animas ille euocat orco.
æn. 6 Hunc circum innumeræ gentes miſerabile vulgus, æn. 2
æn. 1 Poſt alij proceres, vitaſq; & crimina diſcit, æn. 6
ęn. 11 Munera portantes eboriſq́; auriq́; talenta,
ęn. 11 Setigeroſq́; ſues, dodoneoſq́; lebetas. æn. 3
ęn. 11 Proſequitur venia, & verbis compellat amicis æn. 2
æn. 1 Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenos
æn. 6 Caſtigatq́; auditq́;, & ad impia tartara mittit, ęn. 6
æn. 6 At qui diuitijs ſoli incubuere repertis
æn. 6 Fulmine deiecti fundo voluntur in imo.
æn. 9 Atq; ea diuerſa penitus dum parte geruntur?
æn. 7 Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis
ęn. 1 Inſtruitur, medijſq́; parant conuiuia tectis.
æn. 5 Ordine bæna locant alij flammaſq́; miniſtrant, æn. 1
ęn. 6 Pars calidos latices, verubuſq́; trementia figunt æn. 1

æn. 1 Terga ſuum,pingues centum cum matribus agnos;
ge. 4 Pars,epulis onerant menſas,cereremq́; caniſtris æn. 1
Expediunt,tonſisq́; ferunt mantilia villis.
æn. 6 Supponunt alij cultros,Bacchumq́ miniſtrant, æn. 8
æn. 3 Diſcurrunt,variantq́; vices,ariſq́; relictis æn. 2
æn. 7 Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis
æn. 1 Circum clauſtra fremunt,arrectisq́; auribus aſtant, æn. 1
æn. 5 Intenti expectant ſignum,diuosq́; precantur. æn. 8
æn. 10 Tum pater omnipotens,rerum cui ſumma poteſtas,
æn. 4 Tandem progreditur magna ſtipante caterua,
æn. 4 Monſtrum horrendum,ingens,craſsũ farragine corpus ge. 3
ge. 3 More patrum,ſolio medius conſedit auito. æn. 7
ge. 4 Ille operum cuſtos illum admirantur & omnes
Circunſtant fremitu denſo cum ſæpe cohorta eſt æn. 1
Seditio,ſæuitq́ agitans diſcordia fratres ge. 2
æn. 1 Ille regit dictis animos,fratresq́; ſuperbos æn. 9
æn. 1 Imperio premit,ac vinclis & carcere frenat.
ge. 6 Ne pueri ne tanta animis aſſueſcite bella
ge. 6 Tuq́; prior tu parce genus qui ducis olympo.
ge. 3 His animaduerſis opera inter talia primus æn. 6
æn. 10 Vltro animos tollit dictis,atq́ increpat vltro.
æn. 1 O Socij,neq́ enim ignaris,ſumus ante malorum.
æn. 7 Hæc erat illa fames,hæc nos ſuprema manebat
æn. 1 Per varios caſus,per tot diſcrimina rerum
æn. 7 Exitijs poſitura modum,nunc viribus vſus æn, 8

æn. 12 Vtq; dato ſigno ſpatia in ſua quisq; receſſit,
æn. 10 Ordine cuncta ſuo tunc facta ſilentia linguis.
æn. 2 Sic animis iuuenum furor additus, inde lupi ceu
Raptores atra in nebula rapiuntq; ruuntq; æn. 4
æn. 3 Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant,
æn. 12 Nec mora nec requies, olli certamine ſummo æn. 5
æn 1 Tergora diripiunt coſtis, tum dente tenaci ęn. 6
æn. 5 Dant ſonitus, duro crepitant ſub vulnere malæ, æn. 5
æn. 1 Implentur veteris bacchi pinguisq; ferinæ,
æn. 7 Teutonico ritu vertunt crateras abenos. æn. 9
æn. 1 Poſtq̃ exempta fames epulis, vox omnibus vna æn. 5
æn. 3 Cœlicolum regi grates perſoluere dignas æn. 1
Non opis eſt noſtræ, media inter talia verba æn. 12
ge. 1 Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti
æn. 6 Deuenere locos lætos, cantusq; dedere æn. 1
æn. 7 Ceu quondam niuei liquida inter nubila cycni,
Cum ſeſe è paſtu referunt, hic flumina circum eg. 9
Fundit humus flores, texunt vmbracula vites, eg. 9
eg. 10 Hic gelidi fontes, & prata recentia riuis, æn. 6
ge. 2 Speluncę, viuiq; lacus, ac luſtra ferarum. ge. 2
ge. 1 Tum laqueis captare feras & fallere viſco
ge. 3 Impendunt curas, & retia ponere ceruis, ge. 1
Auritosq; ſequi lepores, & fluminis alueo, æn. 7
æn. 7 Cum venti poſuere, alius trahit humida lina, ge. 1
æn. 6 Pars in gramineis exercent membra palæſtris,
ge. 2 Et tenues rumpunt tunicas, per opaca viarum æn. 6
æn. 6 Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
æn. 8 Conſonat omne nemus ſtrepitu, riſuq; ſoluto ge. 2
æn. 1 Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem
Conſpexere ſilent, aut verſi terga dedere. æn. 9

ge. 2 At patiens operum paruoq́; aſſueta iuuentus

ge. 4 Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto

æn. 2 (Fit via vi) penetrant aulas & limina regum. ge. 2

æn. 12 Diſcurrunt alij ad portas & tecta domorum. æn. 2

æn. 9 Conuectare iuuat prædas & viuere rapto.

ge. 4 Venturęq́; hyemis memores quęſita reponunt, ge. 4

ge. 2 Aut fœtus ouium aut vrentes culta capellas.

eg. 2 Caſtaneasq́; nuces pariter frumenta ſequuntur. ge. 1

æn. 11 Interea ſocios vocat alta in templa ſacerdos æn. 6

æn. 7 Iampridem reſides, agrisq́; effuſa iuuentus æn. 7

æn. 9 Vndiq; conueniunt, & triſtia funera ducunt, ge. 4

æn. 4 Ne quid inexpertum, crepitantia q́; æra ſecuti ge. 4

æn. 7 Tum gemini fratres, nec multum diſcrepat ętas, æn. 10

æn. 11 Funereas rapuere faces, de more vetuſto æn. 11

æn. 8 Incedunt pueri, defunctaq́; corpora vita æn. 6

æn. 1 (Quod genus hoc hominum) læti clamore reportant. ge. 3

ęn. 12 Hic matres miſeræ pueriq́; parentibus orbi æn. 12

æn. 12 Flent mœſti, reſonat magnis plangoribus æther æn. 4

æn. 11 Spargitur & tellus lachrymis & molle pheretrum. æn. 11

eg. 5 Ipſi lætitia voces ad ſydera iactant

æn. 7 Per medias vrbeis, longa cum veſte ſacerdos æn. 6

æn. 6 Luſtrauitq́; viros dixitq́; nouiſſima verba

æn. 10 Manibus & cineri, Quam molliter oſſa quieſcent. eg. 10

æn. 9 Tum lecti iuuenes media teſtudine templi æn. 1

ęn. 11 Incurrunt denſi, ſpoliantq́; calentia membra æn. 12

ge. 3 Aduoluere focis vlmos igniq́; dedere.
ge. 1 Inuitat genialis hyems curasq́; reſoluit,
ge. 1 Tunc ſomni dulces, & tunc molliſſima vina. ge. 1
æn. 1 Poſtquam prima quies, epulis menſæq́; remotæ
æn. 2 Porticibus longis, nil magnæ laudis egentes æn. 5
æn. 12 Inualidiq́; ſenes ſomno vinoq́; ſepulti æn. 9
Conticuere, ſopor feſſos complectitur artus. æn. 2
ge. 4 Omnibus vna quies operum labor omnibus vnus
æn. 11 At non in venerem ſegnes & dulcia furta ge. 3
æn. 10 Egregij forma, & primæuo flore iuuentus, æn. 7
æn. 8 Defenſi tenebris & dono noctis opacæ
ge. 3 In furias ignemq́; ruunt, nec clauſtra nec ipſi æn. 2
Cuſtodes ſufferre valent. Amor omnibus idem. ge. 3
æn. 5 Multi præterea, quod rebus reſtat egenis, æn. 10
æn. 10 Sæpe manu liquido diſtendunt nectare cellas. ge. 4
ge. 4 Magnanimum heroum pertentant gaudia pectus, æn. 1
æn. 3 Solamenq́; mali diſtillat ab inguine virus. ge. 3
ge. 2 O fortunatos nimium ſua ſi bona norint.
ge. 2 Non abſunt illis ſaltus armentaq́; læta, ge. 2
æn. 10 Cælati argenti ſunt auri multa talenta
ge. 2 Sacra Deum ſanctiq́; patres, & chara ſororum æn. 11
Pectora mœrentum, tenebris & carcere cæco, æn. 6
æn. 7 Centum ærei claudunt vectes, & ſæpe ſine vllis ge. 3
Coniugijs vento grauidæ, mirabile dictu,
æn. 7 Relligione ſacræ, non hæc ſine numine diuum. æn. 2
eg. 4 Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
æn. 4 Credo equidem, nec vana fides genus eſſe deorum.
æn. 8 Salue vera Iouis proles, tibi nomina mille æn. 7
ge. 2 Diues opum, diues pictai veſtis & auri, æn. 9
æn. 6 Omnes cælicolas centum complexa nepotes.

æn. 7 Hinc Italæ gentes, omnisq; œnotria tellus
In dubijs reſponſa ferunt, tibi maxima rerum æn. 9
Verborumq; fides, & neſcia fallere vita, ge. 0
ęn. 7 *Cura tibi diuum effigies & templa tueri,*
æn. 10 *Europam atq; Aſiam magno turbante tumultu.* æn. 6
eg. 1 *Non equidem inuideo, ipſa procul diſcordibus armis* ge. 2
ge. 3 *Haud impacatos à tergo horrebis Iberos*
eg. 1 *Non vnquam ſomnos abrumpit cura ſalubres.* ge. 3
eg. 10 *Atq; vtinam ex vobis vnus, veſtriq; fuiſſem*
Aut cuſtosq; gregis aut maturæ vinitor vuæ.
eg. 10 *Omnia vincit Amor. quis enim modus adſit amori?* eg. 2
æn. 8 *Ille mihi thoraca ſimul cum pectore rupit,* ęn. 10
ęn. 12 *Tranſadigit coſtas, liquitq; volatile ferrum,* æn. 4
ge. 3 *Altius ad viuum perſedit vulnere mucro.* ęn. 11
eg. 7 *Quid facerem? talim poſſum me opponere monſtro?* ęn. 12
ęn. 10 *O fortunatæ gentes, genus ab Ioue ſummo* æn. 6
æn. 3 *Vobis parta quies, nos flendo ducimus horas,* æn. 6
ęn. 11 *Nos alias hinc ad lachrymas eadem horrida belli*
Fata vocant, ſæuit toto Mars impius orbe, ge. 1
ge. 4 *Regibus inceſſit magno diſcordia motu.*
ge. 1 *Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum,*
ge. 3 *Turbidus & torquens flauentes Iſter arenas,*
æn. 8 *Extremiq; hominum Morini, tot millia gentes* æn. 9
Arma ferunt Italæ, ſanguis nouus imbuit arma. æn. 7
ęn. 11 *Nunc etiam horribili viſu portenta ſequuntur,*

ge. 1 *Ecce inimicus atrox, genus inſuperabile bello,* æn. 4
æn. 8 *Victor ab Aurora populis ſummasq́; minatur* æn.12
Deiecturum arces Italum, excidioq́; daturum
æn. 3 *Aere cauo, curruq́; volans dat lora ſecundo* æn. 1
æn. 6 *Per graium populos & Lapidis arua Timaui.* ge. 3
æn. 8 *Heu quantæ miſeris cædes Laurentibus inſtant.*
æn.12 *Ventum ad ſupremum eſt, en quò diſcordia ciues* eg. 1
Perduxit miſeros: nec habet fortuna regreſſum. æn.11
æn.11 *Hos inter motus atq; hæc certamina tanta* ge. 4
æn.10 *Ipſa immota manet, ſpectatq́; interrita pugnas* æn.11
eg. 4 *Chara deum ſoboles, ſolido de marmore templa* æn. 6
æn. 7 *Aſſiduo reſonat cantu, nec ferrea iura* ge. 2
Inſanumue forum, aut populi tabularia vidit,
ge. 2 *Atq; metus omnes ſtrepitumq́; Acherontis auari* ge. 2
ge. 2 *Subiecit pedibus, non vlli obnoxia curæ,* ge. 2
æn.11 *Expectare dapes, ſolennes ducere pompas* ge. 3
Ad delubra iuuat, cæſosq́; videre iuuencos.
æn.11 *Hic amor hoc ſtudium, ſumma nituntur opum vi* æn.12
æn.11 *Regales inter menſas, nymphasq́; ſorores.* ge. 4
ge. 4 *Syderis in numerum atq; alto ſuccedere cœlo.*
æn. 3 *Is locus vrbis erit, requies ea certa laborum,*
æn. 3 *Viuete felices, o terq́; quaterq́; beati,* æn. 1
æn. 2 *Quò res cunq; cadent, ſi quid mea carmina poſſunt,* æn. 9
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA